UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

3 Potestas Ordinis, in quibus consistat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

31 *Attingere annum legitimum ſufficit in ordinum ſuſceptione.*
32 *Abbatiſſa non minor 40 annis, & quæ octo annis poſt expreſſam profeßionem laudabiliter vixerit, eligi poteſt.*
33 *Inquiſitorum legitima ætas eſt 40 annorum.*
34 *Ordinum impedimenta quæ & qualia ſint.*
35 *Bigamus ad ordines promoveri non poteſt.*
36 *Bigamia eſt triplex, vera, interpretativa, & ſimilitudinaria.*
37 *Bigamia vera, quæ ſit.*
38 *Bigamia interpretativa quot modis contrahatur.*
39 *Bigamia ſimilitudinaria quæ ſit.*
40 *Bigamus quare ab ordinibus arceatur, quatuor rationibus probatur.*
41 *Minor ordinatus ordines ſacros recipit, ſed executio uſque ad legitimam ætatem eſt ſuſpenſa.*
42 *Ordinatus extra tempora eſt ſuſpenſus, donec à Sede Apoſtolica fuerit diſpenſatus.*
43 *Reges & Reginæ, & quomodo inungantur, coronentur.*
44 *Epiſcopi quomodo conſecrentur.*
45 *Abbates, Abbatiſſæ, & Virgines quomodo benedicantur, & conſecrentur.*
46 *Campanæ ordinis Epiſcopalis poteſtate benedicuntur, & quomodo.*
47 *Degradatio fit etiam poteſtate ordinis Epiſcopalis.*
48 *Epiſcopi, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, alijs demandare non poſſunt.*

1 EPiſcopi † duplicem habent poteſtatem, Ordinis, & Juriſdictionis, Navarr. *in relect. c. novit, not. 2. num. 83, verſ. quibus addo, de jud. to. 2.* & Burſat. *conſ. 125,*
2 *num. 23, lib. 1.* quæ generaliter ſumpta † eſt poteſtas à Chriſto inſtituta immediatè, & ſupernaturaliter ad gubernandum fideles ſecundùm legem Evangelicam in ſupernaturalibus, & quatenus ad illa eſt opus etiam in naturalibus, Navar. *in d. relect. cap. novit, not. 3, num. 81, verſ. 17.*

3 Poteſtas ordinis, † quæ uti dignior eſt præmittenda, cõſiſtit in chriſmatis, & olei infirmorum confectione, frontis chriſmatione, ordinum collatione, & eccleſiarũ, altarium, vaſorum divino cultui dicatorum, Abbatum, Abbatiſſarũ, & Virginum conſecratione, veſtium, mapparum, aliorumque paramentorum, & campanarum benedictione, earundemque eccleſiarum, ac cæmeteriorum pollutorum reconciliatione, *cap. quamvis, 68, diſtin. gloſſ. fin. in cap. transmiſſa, de elect. gloſſ. penul. in cap. aqua,* & ibi Abbas *num. 2, & 8, de conſecr. Eccleſ. vel alta, gloß. 1, in cap. quia periculoſum, de ſent. excom. in 6.* Abb. *in cap. quanto, nu. 3, de conſuet.* & Conc. Trid. *cap. 4, & can. 7, de ſacr. ord. ſeſſ. 23.*

4 Solius autem Epiſcopi eſt † chriſma cõficere, *cap. illud, 95. diſtin. cap. ſi jubet, 26. q. 6.* & in Cœna Domini quolibet anno eſt conficiendum, & vetus intra eccleſiam eſt exurendum, *cap. litteris, de conſecr. diſt. 3.* & cum chriſmate in fronte ſignare eſt tantùm Epiſcoporum, quibus ſpectat baptizatos confirmare, *cap. presbyteris primo, de conſecrat. 4. diſt.* Ita quòd nec præſcri-
5 ptione † poſſunt presbyteri nec Epiſcopi acquirere jus Sacramentũ confirmationis miniſtrandi, ut *cap. quanto, de conſuet.* & Covar. *lib. 1, var. reſolut. cap. 10, num. 14.* & ſicut aqua eſt materia baptiſmi, ita chriſma eſt materia confirmationis, ſine quo conferri non poteſt, ut *in cap. 1, §. penult. de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN